

rapitus sacrarum sedium hujus regiae urbis, et aversionis a rectis et veris dogmatibus Cyriam propriam nostrum facit imperium, et contra istum presentem scribit legem. Interdicimus autem et ei communari in hac felici civitate et eius districtu, ac in quaunque alia insigni civitate, saeientes in quiete esse, et eos diligere, quibus, se ipsum digne supposuit, et non aliquibus communicare, neque eos imbuere in perditionem interdicatorum dogmatum. — § 1. Nec utique extra imperiale confirmationem reliquimus sententiam justae contra Severum latam, ac ex omnibus (ut ita dicamus) pontificalibus et patriarchalibus (una cum monachicis consensibus) provenientem sedibus, et anathematismum ipsi inferentem, qui prius contra sacras sanctiones, accipiendō sedem sanctissimae ecclesie Theopoliitanorum, sic universa conturbavit, sive accumulatas turbaciones fecit, quod commune quoddam ac abominabile bellum sanctissimam ecclesiam adinvicem immitteret. Et hoc a scropeis que ante nos fuerunt contra ipsum scriptum erat variis dogmatum, et a rectitudine alienatis intellectibus ac blasphemias usum fuisse, ac universa conturbasse, et illum quenquam errore abominabile heresiarchum et iniquorum dogmatum recipere, Nestorii dicimus et Eutychis, et cum uterque horum praedictorum contraria quadammodo adinvicem esse videantur, ad unum vero impietatis finem inferant, etiam illorum divulgatos sermones, eum in unum formavisse: duobus enim existentibus dogmatibus adinvicem repugnantibus, quorum utrumque similiiter ad animos perditionem adducit, Nestorii videlicet et Eutychis (quemadmodum dicendo narravimus) qua ex Arianorum et Apollinariorum contagione consistunt, ipse paradoxum quid perpessus in utrumque similiiter incidit, et ibi quidem hoc, ibi quidem illud mittendo seipsum et sermones suos visus est constituisse commune receptaculum tantorum delictorum. — § 2. Sit itaque et ipse sub praedicto anathematismo, quem universus patriarchalis, pontificalis, ac monachicus nostra (ut ita dicamus) politie ceteri, juste in ipsum induxit, de Theopoliitana quidem ecclesia ejus, idcirco quod thronus de illa ipsum removit, eo quo ipsius principatum recte non accepit, sed adhuc vivento eo et in sanctissimis ecclesias comorante, qui ante ipsum sacerdotium habebat, et propter eum, qui post ipsum fuit, de sacerdotio excederat. Nec vero usque adhuc stetit, sed etiam sub communis orthodoxae ecclesie anathematismo factus multis libris blasphemis et abominationibus nobis politiam implevit, quare universi interdicimus, aliquid de libris ipsius possideri. Et sicut non licet Nestorii libros scribere vel possidere, (quia praedecessori nostri imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia his, que dicta et scripta sunt a Porphyrio⁹ in Christianos) sic nec dicta et scripta Severi manent penes aliquem Christianum, sed profata et aliena ab ecclesia catholica, igne comburantur a possidentibus nisi qui ista habent, velim periculum pati. A nemine ergo scribantur, neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem scribentur, sciendi quam amputatio manus his qui scripta eius scriperint, pena erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protracti. — § 3. Similiter autem et huic interdicimus omnino regiam civitatem egredi, aut districtum ejus, nec aliquam aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine, et in silentio sedere, et non corrumperem ceteros, neque in blasphemias ipsos adducere, et non semper aliquid novi invenire contra vera dogmata, per quod rursus nobis perturbare sanctissimas ecclesias festinet.

CAP. II.

Sed nec Petrum episcopum Apameæ, et simul depositum, et simul ab ipsis a quibus Severus, sub praedicto anathemate factum, imperium admitit, sed sint propria contra ipsum sententia. Et qui sub communis anathematismo ordinatus est, sub ipso esto: et sententia sanctissimum pontificum, qua ipsum prevenit, firma permaneto. Neque vero permittimus illi hanc regiam urbem habitare, aut ipsius districtum, vel aliquam de insignibus, sed in aliqua solitudine, et in silentio sedere, et non corrumperem ceteros, neque in blasphemias ipsos adducere, et non semper aliquid novi invenire contra vera dogmata, per quod rursus nobis perturbare sanctissimas ecclesias festinet.

CAP. III.

Quoniam vero et Zoaram digne penitus judicarent sub anathematismo esse reverendissimi et qui justa iudicant episcopi, (cum parva quadam talium malorum interpositio sit) et in quibus de honestatis est, omnia videlicet comprehendendo ex memoria quadam abundant, sit et Zoara interpositio (quædam parva) hujus male parti. (Anthimi dicimus et Sevieri ac Petri) ordineturque et ipse inter anathematizatos, sacra senten-

tia ipsum deferente, quam propriam et ipsam in se ipsa existentem, adhuc magis cyrioteran imperium facit, et hunc de hac regia urbe et ejus distractu abicit, et habitationem in aliis civitatibus ipsi omnino interdictit. Itaque cum illis solis habitet et consulat, qui a nobis ante memorati sunt, qui similia quidem blasphemant, [similia patiuntur] et similiter in exilio ponuntur. Si quid vero aliud in sententia sanctissimorum episcoporum continetur, que predictos depositi et anathematizat, hoc firmius ponimus et diutius, ad imperialibus nostris legibus ipsum corroboramus, ac si ab imperio ipso provenisset. Si vero aliquis ipsorum deprehendatur de cetero facere aliquid præter constituta, sciat incidisse in legibus imperialibus, que minores penas declinantes, ad majores immittant indagationes. — § 4. Nec utique extra imperiale confirmationem reliquimus sententiam justae contra Severum latam, ac ex omnibus (ut ita dicamus) pontificalibus et patriarchalibus (una cum monachicis consensibus) provenientem sedibus, et anathematismum ipsi inferentem, qui prius contra sacras sanctiones, accipiendō sedem sanctissimae ecclesie Theopoliitanorum, sic universa conturbavit, sive accumulatas turbaciones fecit, quod commune quoddam ac abominabile bellum sanctissimam ecclesiam adinvicem immitteret. Et hoc a scropeis que ante nos fuerunt contra ipsum scriptum erat variis dogmatum, et a rectitudine alienatis intellectibus ac blasphemias usum fuisse, ac universa conturbasse, et illum quenquam errore abominabile heresiarchum et iniquorum dogmatum recipere, Nestorii dicimus et Eutychis, et cum uterque horum praedictorum contraria quadammodo adinvicem esse videantur, ad unum vero impietatis finem inferant, etiam illorum divulgatos sermones, eum in unum formavisse: duobus enim existentibus dogmatibus adinvicem repugnantibus, quorum utrumque similiiter ad animos perditionem adducit, Nestorii videlicet et Eutychis (quemadmodum dicendo narravimus) qua ex Arianorum et Apollinariorum contagione consistunt, ipse paradoxum quid perpessus in utrumque similiiter incidit, et ibi quidem hoc, ibi quidem illud mittendo seipsum et sermones suos visus est constituisse commune receptaculum tantorum delictorum. — § 5. Sit itaque et ipse sub praedicto anathematismo, quem universus patriarchalis, pontificalis, ac monachicus nostra (ut ita dicamus) politie ceteri, juste in ipsum induxit, de Theopoliitana quidem ecclesia ejus, idcirco quod thronus de illa ipsum removit, eo quo ipsius principatum recte non accepit, sed adhuc vivento eo et in sanctissimis ecclesias comorante, qui ante ipsum sacerdotium habebat, et propter eum, qui post ipsum fuit, de sacerdotio excederat. Nec vero usque adhuc stetit, sed etiam sub communis orthodoxae ecclesie anathematismo factus multis libris blasphemis et abominationibus nobis politiam implevit, quare universi interdicimus, aliquid de libris ipsius possideri. Et sicut non licet Nestorii libros scribere vel possidere, (quia praedecessori nostri imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia his, que dicta et scripta sunt a Porphyrio⁹ in Christianos) sic nec dicta et scripta Severi manent penes aliquem Christianum, sed profata et aliena ab ecclesia catholica, igne comburantur a possidentibus nisi qui ista habent, velim periculum pati. A nemine ergo scribantur, neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem scribentur, sciendi quam amputatio manus his qui scripta eius scriperint, pena erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protracti. — § 6. Similiter autem et huic interdicimus omnino regiam civitatem egredi, aut districtum ejus, nec aliquam aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine, et in silentio sedere, et non corrumperem ceteros, neque in blasphemias ipsos adducere, et non semper aliquid novi invenire contra vera dogmata, per quod rursus nobis perturbare sanctissimas ecclesias festinet.

EPILOGUS.

Custodiat itaque beatitudine tua, que recte adnotata sunt, et mittat ipsa per suas Deo dilectas literas omnibus sanctissimis metropolitis sub ipsa existentibus, quorum cuiilibet cura erit ipsa manifesta facere sanctissimam ecclesiam sub ipsis ordinatis, ut neminem ex omnibus lateat que sacerdotio visa sunt, et ab imperio confirmata. Divina subscriptio. Divinitas servet per multos annos, sancte ac religiose pater. — Dat. id. Aug. CONSTANTINOP., post consulatum BELIS. V. C.

TIT. XXII.

DE OFFICINIS¹ SIVE TABERNIS CONSTANTINOPOLITANÆ URBIS: ET UT MILE TANTUM ET CENTUM OFFICINAE SACROSANTÆ MAJORIS ECCLESIE EXCUSENTUR: OMNES RELIQUE, AD QUEMCUMQUE DOMINUM PERTINEANT, CONSUETA OBEANT MUNIA.

NOVELLA CONSTIT. XLIII.

In nomine Domini Iesu Christi Dei nostri.

Imp. Cæsar FLAVIUS JUST., Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Lazicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriósus, vitor, triumpator, nunquam non colendus, Augustus, Longinus, praefecto urbis.

PREFATIO.

Quoniam potentia nostra subditi nostri sive vivant, sive moriantur, curae sunt: ne vel graves ipsis sepulture, vel defuncti cognatis dannos existant, propterea et haec, que eorum sepulturam concernunt, quo convenient modo, disponimus. Et quia tam divæ memoria Constantinus amplè hujus nostræ urbis conditor, quam etiam pientissimus princeps Anastasius, lecticariorum seu decanorum² (ut vocat) numerum ad certam mensuram redegerunt, mille et centum tantummodo decanis, totidemque officinis definitis ut nullo haec unquam tempore augmentum recipenter: propterea sane cupientes, ut numerus corum, quos ex unoquoque collegio convenit esse lecticarios, dñe memoriae Anastasi formula subjaceat, firma ea et fixa manere volumus. Ceterum quia aleantes nos aliae hujus et regia nostræ urbis collegati, quorum excellenter et præ ceteris curam gerimus,

¹ I. 6. 2. 1. C. de hereticis. — ² L. 5. 3. 1. C. de summa Trinit. — ³ L. 5. 2. 2. C. d. 1. — ⁴ d. L. 5. 2. 2. L. 6. 2. 3. C. d. 1. — ⁵ c. 2. supr. hic. — ⁶ L. 5. 2. C. de episcopis; L. 5. L.

⁷ 5. 3. 3. C. de hereticis; N. 53
Tir. XXII. — ⁸ Add. N. Leon. 12. — ⁹ L. 4. C. de sacros. eccles.

potentiam nostram edocuerunt, magnam et intolerandam se necessitatem sustinere, sacrosanctam etenim majorem ecclæsiæ centum⁵ et mille officinas in fructu habere ab omni vestigialibus liberis, quas oppido quam liberenter illi concedant, eo quod ad⁶ peragendas in commune omnium hominum exequias proficiant: sed cetera se onera ferre non posse. Nam cum plurimæ in alia hac urbe diversarum mercium et negotiationium officinas tabernæque existant, non hasce solas (nempe centum et mille) officinas publicis munis obeundis exemplas esse, sed etiam multas sacrosanctas ecclæsias, multa sacra hospitalia, monasteria, et alias sacras aedes, quarum plerique prius hæretici manipulæ, deinde ad orthodoxam fidem reverse sunt, multas quoque regias domus, et insuper magistratuum, ac senatorum, et illustrum, et cubiculariorum a præstatione vestigialibus eximi, harumque dominos peculiare sibi exinde redditum comparare, et oblaedere rempublicam, exemptionum multitudinem ipsum angustis admodum terminis concludente, ut paucissimi existant, qui publica agnoscent et sustineant munia, et priores contributions aliquoties in triplo et quadruplo, hoc tempore etiam decuplo maiores facta sint: quamquam divus princeps Anastasius in statua ab ipso formula nulli omnino ali immunitatem concedat præter centum et mille officinas, que per⁷ causam exequiarum sacrosanctæ majori ecclæsie attributas sunt. Ea propter et nos putavimus, tum proceribus nostris et insuper beatissimæ hujus aliae urbis archiepiscopi id negotii dandum, ut certo loco convenient, et rem ipsam examinaret, atque placita ad nos sua referent, tum ad excellentiam tuam præsentis utendum lege, confirmantes ea que Anastasio pientissimo in hoc principi placuerunt.

CAP. I.

Et sancimus, ut⁸ centum quidem illæ et mille officinae, sacrosanctæ majori ecclæsie occasione decanorum, sive lecticariorum, et ad⁹ peragendas defunctorum exequias deputatae, omnibus modis integro numero et omni præstacione libera conserventur: præter ipsum nulla alia queunte decanum exigere, sive ex hæreticis recepta, sive quacunque sacrosancta ecclæsia. Sed quod nuper constitutum, valeat, et octingenta quidem officinae corporis præstant, trecenta autem in exactione pecuniarum consistant, nam quod exinde corraditur, ad quid proficeret conveniat, sacra iam nostra pragmatica forma dispositus. Semperque quod intercidit, res tauretur: at qua ratione fieri debeat restauratio, satis per Anastasii pia memorie jussiones expressum est. Haec igitur ut immunes et ab omni vestigialibus manent exempta, sancimus: neque his ipsi officini, neque vestigialibus manipulis collegis, que istas præbent, quidquam damni sustinentibus, aut ullos titulos agnoscentibus. — § 1. Cetera vero omnes hujus aliae urbis quatuordecim regionum officinae, sive sacrosanctæ alicuius sint ecclæsiae, sive hospitalium, sive monasteriorum, sive orphaniotrophiorum, sive ptochiorum, sive alterius cujuscunq; domini, sive regiarum domum, sive aliquorum magistratuum, ampla media, minutave officiis administrantium, sive gloriosissimorum senatorum, sive magnificientissimorum illustrum, sive spectabilium cubiculariorum, sive aliquorum militis adscriptorum: haec inquam omnes publica ipsius impositione præstant vestigialia, et omnia alia tam facient, tum implant, quemadmodum quemque in suo collegio facere aequaliter est, semperque per collegii praefectos in publicum persolvant: nemine queunte ea de causa inniti privilegiis aut ejusmodi alia uti excusatione. Neque enim sustinemus aliorum onus ad alios deferri, aut tam immitte proponere formulam, ut quotidie vestigialia augeantur, et, (quemadmodum edicti sumus) quadruplo, aut quintuplo, adeoque etiam decuplo majora irrogentur, cum nihil tam magno studio tamque serio affectemus, quam ne¹⁰ novo quisquam vestigali oneretur. Novum autem fieri non tantum quod nunc primum impostum est, sed etiam quod primum modum excedit. Sed eadem conditione ac fortuna omnes sunt, et sacra hac nostra pragmatica forma (quaem legem etiam appellare licuerit) contra omnes communis esto, ut omnibus largiatur quo modesti videntur. Neque enim facile eam quis ægre tulerit, si neminem alium præterea exemptum intueatur: nisi quod in centum et mille officinis exequiarum defunctorum ratio habeatur, quia maxime communis est omnibus et ex aquo universis parata hominibus. — § 2. Si quis vero conetur excusatione aliqua uti, et seipsum a præstanta alleviare contributione, et aut non committere, quo magis ab inquilinis suis exigatur, aut præstare etiam patrocinium, sive militare, sive civile, sive ecclesiasticum, sive quocunque tandem: in universis officinæ dominio excidito, estoque ipsa publica, tolli ad dicta collegio. Eo enim pacto et cautores erunt, et vetita non attentabunt. Porro si minutatum et pariter in omnes vestigialia distribuantur: non solum paululum erit quod præstatum fuerit, sed etiam tanto more eunuch. L. 1. C. ut nemo ad suum patr.; L. 24. C. de testam.; ad L. 21. C. ad leg. Cor. de felsis; L. 15. C. de decurionib.

⁵ N. 5. 2. 1. inf. hic. — ⁶ d. N. Leon. 12. — ⁷ In pr. supr. hic. — ⁸ Tit. C. vestigial. nova institui non posse.

Tir. XXIII. — ⁹ Faz. L. 14. 2. 3. C. de sacros. eccles.; L. 17. C. de fide instrum.; L. 2. C.

deratus, levius, tolerabilius, facilius quod conferunt, existet, quanto a pluribus colligitur. An vero non multo absurdissimum fuerit, homines propriis laborantes manibus, et uxores ac liberos aentes, et reliqua denique vita necessaria inde acquirere satagentes, etiamnum majoribus operari vestigialibus, et quanto plures inter allevias referuntur, tanto etiam maiores exinde lassiones oblori? idque onus infinitum sit, neque possit ullum habere terminum. — § 3. Hæc nos omnia prohibentes, sacra pragmatica formam proponimus, amissionis poenam similiter omnibus ordine subditis interminantes, si ex quoque collegio imperitantes solita illa et ab initio statuta vestigialia percipere prohibuerint, aut vestigialia conuentur in pensiones privatas convertere: sed quisque pro se quidem pensionem illatione perficit, officinas autem seu tabernæ solito receptoque more contributiones agnosceret concedito. Quemadmodum enim quisque pro se rebus suis prospicit, ita et nos necesse est ei quod amplius et regia huius urbi expedit et confert, nutanti quadammodo et jam lapsu, manus porrige, neque enim aliter, quæ publice expedient, progressus habitura sint, quam si tali onere, qui id hæc ferre coacti sunt, liberarentur.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, et sacra hac exprimuntur lege, ea excellenta tua, immo non ipse tantum custodies, sed et quicunque post te idem officium suscepisti sunt, et obtemperans tibi cohors, jam inde in omne reliquum tempus custodiet.

TIT. XXIII.

DE TABELLIONIBUS¹ ET UT PROTOCOLLA DIMITTANT IN CHARTIS.

NOVELLA CONSTIT. XLIV.

Imp. Just. Auc. Joanni praefecto prætorio, iterum exconsuli et patricio.

PREFATIO.

Litem paulo ante audiimus presenti legi præbentem occasionem. Ex persona quidem mulieris cuiusdam cerebatur documentum, literas quidem ejus non habens, (erat autem harum ignara) completum autem a tabellione et tabulario, subscriptione ejus habens, et testium ostendens presentiam: deinde dum quædam dubitatio super eo fieret, mulier dicens, non esse a se delegata que charta loquebatur: qui item audiebat, querebat a tabellione cognoscere negotii veritatem: denique tabellionem deduxit: at ille literas recognoscere dixit completionis tabellonis, non tamen nosse aliquid horum quæ secuta sunt, nec enim sibi ab initio penitus delegata, sed commissione cuidam suorum hoc facere: neque postea venisse ad completionem, sed rursus alii hoc commisso, et is quidem qui affuit completioni, venit, nihil nec ipse dicere se nosse: etenim neque scriptor fuit documenti, sed solum docuit, quia presente se hoc dismisum sit, nec cui ab initio delegatum est, inventus est: unde nisi probates judex valuerit agnoscerre causam pure, periculum patibatur, unice cadente negotii notitia. Et illud quidem competentem meruit examinationem atque decretum.

CAP. I.

Nos autem credimus oportere universi auxiliari, et communem in omnibus facere legem: quatenus præpositis operi tabellionum, ipsis per se omnibus modis injungant documentum, ut dum dimittatur intersit: et non aliter imponatur charta completio, nisi hac gerantur: ut habeant unde sciant negotium, et interrogati a judicibus, possint quæ subsecuta sunt cognoscere, et responderem, maxime quando literas sunt ignorantes qui haec injungunt: quibus facilis est et inconvincibilis denegatio horum pro veritate secuta sum. — § 1. Ut ergo omnia hæc prohibeamus, propterea præsentem conscripsimus legem: et haec custodi modis omnibus volumus in tabellionibus, sive in ipsa felicissima civitate, sive in provinciis sint: scientibus, quia si præter hoc aliquid egerint, cadent omnino iis quæ vocantur stationibus: et qui ab eis dirigitur ad injungendum documentum, et interest, ipse dominus super stationis auctoritate erit, et mutabitur causa: et ille quidem de cetero hoc obtinebit officium in statione, quale qui in ea primatum tenebat: ille vero cadet ea: aut unus erit ministrantium illi: quoniam ille quidem dignatus est hoc agere, quod erat concessum ei: ille vero secundum illius voluntatem Cor. de felsis; L. 15. C. de decurionib.

doteatatem in stationibus suscipere, is cui documentum extra ea qua a nobis disposita sunt per praesentem legem, injungitur, tabellio quidem cadat omnibus modis hac causa: alter vero pro eo constitutatur: nihil omnino damnificando ex hoc stationis domino quicunque fuerit extraneorum, et non ipse tabellio, neque cadente lucris exinde venientibus: sed illo solo qui talia perpetravit, et deditus est suum complere opus, primatu cadente: omnibus quidem aliis super stationis jure integris dominis ejus ab ipsis tabellionibus qui talia peccaverunt, servandis.

§ 3. Et non singant tabelliones occasiones, per agitudinem forte discedentes, aut occupationes hujusmodi: licebit enim eis, si quid tale fuerit evocare eos qui contrahunt, et per se causam complere: proinde haec quea contingunt raro², non impedimentum facient universis, eo quod nihil inter homines sic est indobitum, ut non possit (i.e. aliquid sit valde justissimum) tamen suscipere quandam solicitem dubitationem, sed nec quaevis eorum minores fieri per hoc, propter contrahentium frequentiam occasionem habentes: cum melius sit pauca agere caute, quam multis interesse periculose. — § 4. Ut tamen non reprehemerit eis dora lex esse videatur, nos conjicientes humanam naturam mediores etiam eis leges nostras ponimus, propter tales enim eorum forte dubitationes damus eis licentiam singulis unum ad hoc constituere (gestis apud clarissimum magistrum censu felicissima civitatis solemniter celebratis) et licentiam ei dare, ut delegentur ei ab iis qui veniunt ad ejus stationem et documenta, et dimissis eis interesse: et nulli omnino alteri in statione existenti, licentiam esse, ut aut delegetur ei initium, aut cum dimittuntur, intersit: nisi tabellioni qui auctoritatem habet, aut qui ab eo ad hoc statutus est. Si vero prater hoc fiat, et alter delegetur: tunc subjacet pœna tabellio, qui auctoritatem habet a nobis dum definitam: ipsius tamen documentis propter utilitatem contrahentium non infirmantis. Novimus enim quia legis metu de cetero et ipsi custodient que a nobis decreta sunt, et documenta sub cautela facient.

CAP. II. Ut tabelliones in protocollo describant, idque cum die et consule.

Illud quoque presenti adjicimus legi, ut tabelliones non in alia charta pura scribant documenta, nisi in illa quea in initio (quod vocatur protocollo) per tempora gloriissimi comitis sacrarum nostrarum largitionum habeat appellationem, et tempus quo charta facta est, et quea in talibus scribuntur: et ut protocollo non incident, sed insertum relinquant: novimus enim multas falsitatem ex talibus chartis ostensas et prius, et nunc: ideoque licet aliqua sit charta (nam et hoc sancimus) habens protocollo non ita conscriptum, sed aliam quandam scripturam gerens, neque illam suspicant, tanquam adulteram, et ad talia non opportunam, sed in sola tali charta, qualem dum diximus, documenta scribant. Haec itaque quea de qualitate talium chartarum a nobis decreta sunt, et de incisione eorum quea vocantur protocolla, valere in hac felicissima solum civitate volumus, ubi plurima quidem contrahentium multitudo, multa quoque chartarum abundantia est, et licet legali modo interesse negotii, et non dare occasionem quibusdam falsitatem committere, cui se obnoxios existere demonstrabunt, qui præter haec aliquid agere presumperint.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sanctam declarata sunt legem, tua celistis operi effectuque tradere festinet. — Dat. 19 kal. septemb. Constantinop., post consulatum Belis. V. C. Cons. anno 2.

TIT. XXIV.

UT NON LIBERENTUR CURIALI FORTUNA JUDÆI, NEC SAMARITANI, AUT HERETICI, OCCASIONE EORUM RELIGIONIS, SED CURIALIBUS QUIDEM FUNCTIONIBUS SUBJACEANT, PRIVILEGIIS VERO CURIALIUM NON FRUANTUR: POSSE VERO EOS CONTRA ORTHODOXOS QUOD SUBJACEANT CURIALI FORTUNÆ, TESTIMONIUM PERHIBERE, UT QUI ET PRO ORTHODOXA POLITIA RECTE TESTIMONIUM PERHIBENT.

NOVELLA CONSTIT. XLV.

Idem Imp. Joanni P. P. iterum exconsuli et patricio.

PREFATIO.

Verbum quoddam nobis tua retulit eminentia, quosdam inter curiales

² L. 3, 4, 5, 6. D. de legib.

Tir. XXIV. — 1. I. 1. C. de hereticis: L. 12. L. 49. C. de decurionib.: fac. L. 5. L. 10. C. de Iudeis. — 2. d. L. 49. L. 5. in fin. D. de decurionib.: — 3. L. 25. D. d. 1—4. L. 21. C.

esse Judæos forte aut Samaritas, aut Montanistas, aut aliter respondens homines, quibus nondum hactenus recta et immaculata fides illuxit, sed et in tenebris sedent animis vera non sentientes sacramenta: et quoniam hereticos odio habemus, putant per illam occasionem liberi curialium esse functionum, et quæ competunt his, declinare. Nos igitur miratus sumus, si sapientia et acumen tuum tales eorum pertulit rationes, et non repente talia dicentes dilacerasti. Si enim homines quidam sunt, qui quidem putant propter novissimam absurditatem illa promereri se premia, qua solidi maximis dignitatibus reservavimus, quis non eorum habeat exosam inverecundiam et stultitiam? Quapropter curiam exercant¹ hujusmodi homines, et nimis ingemiscentes, et curialibus functionibus, sicut etiam officialibus, ut dudum sancitum est: et nulla² religio ab ejusmodi excipiat fortuna, (horum enim nihil neque antiquorum qualibet legum, neque novellarum dictum est) indigni tamen curiali sint honore, et quoniam leges plurime curialibus præbent privilegia, et ut non cedantur, neque ad aliam³ ducentur provinciam, et alia plurima, horum nullo fruantur, sed si quid scriptum est de curialibus, quod non confert privilegium, hoc etiam in his valeat, et compleant corporalia et pecuniaria munera et nulla ab his eripiatur eos lex: honore vero fruantur nullo, sed sint in turpitudine fortune, in qua et animam volunt esse. Sic igitur eis de hoc dispositionis sit.

CAP. I.

Illud quoque nunciasti dignum questione tua natum. Quia enim hereticos testimonium⁴ perhibere prohibuimus, quando orthodoxi inter alterutros litigant, dantes eis per nostram constitutionem⁵, sicutidem inter alterutros miscantur illi et litigant, et uterque hereticus sit, actor et reus, posse testimonium perhibere, dignis adiuvicem existentibus, et litigantibus, et testimonium perhibentibus: si vero rursus hereticus et orthodoxus, contra hereticos quidem etiam valde dari testimonium orthodoxo, adversus orthodoxum autem nequaquam: orthodoxis quoque existentibus litigitoribus nullum esse penitus accessum illis ad testimonium perhibendum. Docuisti igitur nos quod quidam orthodoxi constituti refugiant curialis esse fortuna, et necessitatem subire perhibendi testimonii eos qui illi genere juncti sunt, vel qui alias aliquo modo eorum sciunt fortunam. Et quoniam lex eorum suspendit super orthodoxis testimonias, propterea judices piguisse hoc admittere, cumque in vanu metuant invicem, qui hujusmodi dubitant recipere testimonium, prius quidem pro orthodoxis sunt, (hoc autem leges agere hereticos non prohibent) deinde si existentes curiales postea contra fortunam reluctantes trahit quispiam ad curiam, et hereticos ad testimonium vocat, quomodo non hoc pro nostra agit republica? ut sit quidem res publica litigans orthodoxa, et maxime ex quo nos Deus dedit imperare: qui autem super hoc testantur, pro orthodoxis perlibant testimonium. Conversatio enim nostra recta est, et plena orthodoxa fide, omni alia haeresi merito constituta sub odio.

EPILOGUS.

Et hoc igitur tua eminentia custodiat, nostram cognoscens mentem, et quod recipit republica expedite commemorans, et sciens per omnia, quia illa nobis agere et sancire lege studii est, quæcumque nostræ prouintia reipublicæ. — Datum 18 kal. septemb. Constantinop., post consulatum Belis. V. C. Cons. anno 2.

COLLATIO QUINTA.

TIT. I.

DE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILUM¹ ALIENATIONE ET SOLUTIONE.

NOVELLA CONSTIT. XLVI.

Imp. JUSTIN. AUGUST. Joanni gloriiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfectori, iterum exconsuli et patricio.

PREFATIO.

Et circa leges studium, et alia omnia a nobis ideo quotidie cum labore aguntur, ut utilitatem nostris subjectis inveniamus: quod effusum quidem immensumque est, removentes, quod autem et optimum et meum de hereticis. — 5. d. L. 21.

Tir. I. — 1. Addit. N. 7.

ritum, subrogantes. Sæpe quoque ex studio propter priorem immensitatem etiam ultra mensuram legem constrinximus: ut quod primitus effluebat retinentes, ita æqualitatem de cetero introduceremus. Nuper igitur scrisimus legem² de sanctissimis ecclesiis omnibus, et monasteriis, et reliquis venerabilibus domibus, nullam esse eis rerum immobilium alienationis licentiam permittentem. Videamus enim causam effusam, et paulatinus ad alios ecclesiasticas migrantes possessiones, neque pretiis solitis dignis, neque opere inevitabilis imminentie alienatis: sed etiam contra positas jam leges, decies milles circumventiones factas. Quocirca primam perientes viam, omnibus similius inaccessibilem contra earum facimus circumventiones. Sed hinc plerasque quidem sanctissimarum ecclesiarum aliarumque venerabilium domum utilitatem habuerunt possessiones, nullo has minore presumente. Occurrit tamen etiam aliud difficile, debita enim at longo tempore constituta, aut etiam postea ex quadam necessitate, et maxime per fiscales occasiones eis accidentia, ad alienationis necessitatem sacras perduxerunt domos. Mobilis enim non extante substantia sufficienti, perlicitabantur in novissimam venire necessitatibus harum præsules, neque vendere potentes, neque unde debita solventer habentes. Sed pro talibus quidem debitis posse pro solutione creditoribus dari possessiones ecclesiasticas: tamen cum competenti subtilitate et observatione facienda solutione, jam sepe permisimus: sicut neque palam hoc nostra prius permisimus lege. Si vero non privatus aliquis est creditor, sed immunit fiscus, et exigit debita, est autem inopia pecuniaria, accipere vero immobilem possessionem impossibile est: fiscum hic relaxare aliud, subtillitate legis competere judicavimus. Et si qua necessitas hujusmodi fiat, etiam alienationem sinere perspeximus.

CAP. I.

Sancimus igitur, si sanctarum aliqua ecclesiarum aut reliquarum co-lendarum domum fiscales debeat functiones, et unde faciat harum redictionem, non habeat: convenire omnes in unum et quæ ex clero sunt, et Deo amabilis episcopum ejus civitatis, insuper et metropoleos, et sacris propositis eloquitis causam examinari: et si non apparuerit ullus questus citra alienationem immobiliis rei valens solvere fiscum debitum, tunc licentiam eis esse sententia tali procedente, et decreto³ celebrato apud provincie judicem, etiam possessiones immobiles contingere, et eas alienare ad solutionem debiti: ementibus quidem, in fiscum solventibus, et de suscepta inde percipientibus et subeuntibus fiscum debitum, et cautelam inde habentibus, et nihil metentibus primitus positam legem: constitutis etiam fiscalibus de susceptis insinuatius inter monumenta gestorum, depontibus iis qui fecerunt ea, ut et apud sanctissimas ecclesias saluentur data de suscepta, eo quod fiscalis soluta sint tributa, et omnia secundum nostram legem gesta sint: non potentibus aliquibus fingere fiscum debitum, et ita ad alienationes immobilium rerum accedere. Ideo enim et decreti factioem permisimus, ut et fiscale debitum testimonio pandatur, et ex quantis descendit temporibus, et quoniam non pecuniis solutum est, sed in necessitate alienationis venit, ut veritas undique protestata sit: omnibus coram sacris Evangelii agendis: scientibus et episopis, et clericis, et aliis omnibus, quia Deus respicit quæ geruntur ab eis: et si quid egerint per dolum, aut lucrum, aut malitiam: hoc in suis recipienti animabus viventes ac morientes.

CAP. II.

Si vero privatus aliquis creditor fuerit, possit secundum pro soluto schema accipere immobiles possessiones, hic quoque decreto faciendo: pro mensura vero eorum debitorum assignandis eis possessionibus. Si vero fiscale debitum fuerit, potentibus eis ad alienationem immobilium vescere secundum priorem observationem: ut nihil desit neque subtiles neque communis utilitas.

CAP. III.

His autem universis sanctissimam majorum ecclesiam felicissimam hujus urbis, et ejus confinia, et orationum domos, quarum ipsa curam suscepit, omnibus excipimus modis quæ jam de hoc sancta sunt a nobis, in sua virtute durantibus. Si autem et aliqua monasteria sub eadem sanctissima majore ecclesia sint: nec ea sub praesentem facinus legem, forinsecis in provinciis eam constituentes solum, in quibus multa quidem est inopia pecuniarum, per quam sanctissima ecclesia solvere per pecunias debita non valuerunt.

EPILOGUS.

Tua igitur colisitudo, quæ placuerunt nobis, cognoscens, secundum hæc

² d. N. 7. — 3. N. 120, c. 6.

Tir. II. — 1. c. 1, infr. — 2. c. 2, infr. — 3. Fac. L. ult. c. de annonis et trib.; N.

procedere super sacris rebus alienationes custodiat. — Datum 14 kal. sept. Constantinop., post consul. Belis. V. C. anno 11.

TIT. II.

UT PRÆPONATUR NOMEN¹ IMPERATORIS DOCUMENTES, ET UT² LATINIS LITERIS APERTIUS TEMPORA INSCRIBANTUR.

NOVELLA CONSTIT. XLVII.

Imp. JUSTIN. AUC. Joanni præfecto prætorio, iterum exconsuli et patricio.

PREFATIO.

Illud omnium honestius esse putandum documentum, et gesta, et quod omnino pro temporis memoria hominibus adinventum est, quod ipsa quoque commemoratione ornatur imperii. Consules etenim et indiciones, et quocunque indicium temporum omnino est apud nos, sunt quidem forsitan et haec significativa horum que volunt: non tamen nos aliquod horum permisimus, sed maiorem adjectionem eis imponimus: ut ex majoribus et perfectioribus eis temporum designetur cursus. Si quis enim resperxit ad vetustissima hominum, et antiquæ reipublicæ: Eneas nobis Trojanus rex, reipublicæ princeps: et nos quidem Æneadē ab illo vocamus, sive quis etiam ad secundam principis resperxit, ex quo pure Romanorum nomen apud homines coruscavit, reges eam constituerunt Romulus et Numa: ille quidem civitatem edificans, hic autem eam legibus ordinans et exornans: sive etiam tertia principia sumat quilibet imperii: Casarem maximum, et Augustum Pium: et ita rempublicam nobis inveniet hanc quæ nunc est valentem: sitque immortalis ab illis procedens. Erit ergo absurdum in documentis et iis que in judicis aguntur, et absolute in omnibus, in quibus memoria quedam sit temporum, non imperium his preponi.

CAP. I.

Unde sancimus eos quicunque gestis ministrant, sive in judicis, sive ubincunque coniunctur acta, et tabelliones qui omnino qualibet forma documenta conscribunt in hac magna civitate, sive in aliis gentibus omnibus quibus nos præsideremus dedit Deus, huius modo incipere in documentis: Imperii illius sacratissimi Aug. Imperatoris anno toto: et post illa inferre consulis appellationem, qui in illo anno est: et tertio loco indicium³, mensis, et diem: sic enim per omnia tempus servabitur et pro imperii memoria, atque consulatus ordine, et reliqua observatione interposita documentis, inadultera hæc valde constituentur. — § 1. Si qua vero apud Orientis habitatores aut alios homines observato custodiatur in civitatum temporibus, neque huic invidemus, sed prescribatur quidem imperium: sequatur vero (sic dictum est) consul et indicatio, atque mensis, et dies secundum quam geruntur et conscribuntur quæ aguntur: et tunc inseratur etiam civitatis omnibus modis annos. Nos enim auferimus quidem priorum nihil, imperiali vero additamento cauimus augemus. Et inchoetur mox auctor: Deo a precedente prima indicione, ita quodammodo eis scribentibus: Imperii Justiniani sacratissimi: Augusti et imperatoris anno 11, post consulatum Flavii Belisarii clarissimi viri anno 11, die autem tot, et tot kal.; sicutque in omnibus nominant imperii anni, et nostri, in quantum eos Deus elongaverit, et de cetero imperiorum. Palam namque est, quia nunc quidem annum xi nostri scribunt imperii: inchoante vero aprilis mense, et prima die, in qua nos Deus Romanorum superposuit rebus, xii annum scribent et haec causa super leges, et harum celebrationem continue maneat immortalis, dum memoria imperii omnibus simul interfuerit causa atque temporibus.

CAP. II. Ut tempora quæ latinis literis designantur apertius scribantur.

Illud quoque adjicimus, quoniam hi quæ tempus in judicis designant, cum incertis illis, et antiquis literis hac declarant, observetur in omni judicio, ut post illas literas antiquitatis alias subdant, id est, has communis et omnibus notas, et quæ legi ab omnibus facile possint, et significare gestorum tempus, ut non fatigentur requirentes id tempus: deinde errantes expectent, donec hominem quemcumque compierant literas illas per veritatem lecturum, sed si quidem reliqua etiam post præscriptionem

128. c. 1.